

remque illius tradiderunt descriptionem. A partibus itaque VITRIN-
 GAE stare et cum eo affirmare tot Iudaeorum Hierosolymis Synagogas ce-
 leberrimas fuisse quot a LVCA recensentur nomina, non possumus, nec
 cum HARDVINO hh) in gratiam redire uolumus, qui tantum duas,
 alteram ciuium, alteram LIBERTINORVM siue aduenarum statuit
 Synagogas; hanc uero unicam SYNAGOGAM duobus nominibus insigni-
 tam fuisse putat, ut scilicet primum haec SYNAGOGA, ex illius senten-
 tia, in genere LIBERTINORVM uel quatuor generum Iudaeorum uicino-
 rum, deinde uero nominatim Iudaeorum ALEXANDRINORVM, CYRE-
 NENSIVM, ASIATICORVM et CILIGIENSIVM appellata sit. Sic et-
 iam SELDENI sententia, in HARDVINI partes propendentis, et
 hos Iudaeos quidem a Romanis manumissos esse, sed non ROMAE, potius
 autem ALEXANDRIAE, in CILICIA, CYRENE et ASIA habitasse, ar-
 bitrantis, non satis est accurata. Nos tutiori uia incedere credidi-
 mus, si interpretem SYRVVM sequeremur, textum graecum ita in pa-
 trium sermonem uertentem:

וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת אֲשֶׁר בְּתוֹכָהֶן וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת
 וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת
 וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת
 וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת וַיִּשְׁרְצוּ אֶת הַסֵּדֶרֶת

et surrexerunt, quidam e SYNAGOGA, quae uocatur LI-

BER-

in Comment. later. **סדר אצטבות לשיבת שרים** pauimentum, erat
 locus confessus principum seu magnatum) secundum eos, qui exierant ex Ae-
 gypto, et septuaginta cathedrae aureae ibi erant collocatae, quibus insiti erant la-
 pides (boni) pretiosi et margaritae pro septuaginta Senioribus quarum unaquae-
 que erat consistens uiginti quinque myriadibus denariorum aureorum.

hh) inueniuntur haec HARDVINI coniecturae et in Diario Treuoltiano, anni
 M DCC I. et in operibus illius selectis insertae, p. 903. Amstelodami
 1710. editis.